I. N. J.

DISSERTATIO SOLENNIS

DE

LVPO,

Quam

Annuente Divini Numinis Gratiâ,

SVB PRÆSIDIO

JOH. RVDOLPHI SALTZMANNI, Phil. & Med. Doctoris,

Medic. Facult. Assessoris, ac Physices in hac alma Argentoratensium Universitate P. P.

Ad diem Januar. horis l. q. consuetis

pro viribus defendet

AUCTOR & RESPONDENS

ANDREAS RÜBNER,

Uffenheimio-Francus.

(o)

ARGENTORATI,

Literis WELPERIANIS.

ANNO M. DC. LXXXIIX.

I. N.

PROOEMIUM.

HOmo Homini Lupus, tritum est proverbium, ex invidia & malitia hominum pronarum. Quid, si Lupus Homini homo? Mirum videtur? En! pro ingenii & viricularum modulo Nobilissima Scientiarum Physica allectus, & Excellentissima artium Medicinâ adjutus, sinistri animalis usum dextrum & indolem brevibus delineare animus fuit. Si quandoque me cespitâsse, & in arduis tacuisse observabis, scito, quod me

--- --- --- *Lupi vidêre priores.*

CAPUT I.

De

Lupi Onomatologia.

§. 1.

ANtequam autem rem ipsam aggrediar, paucis Lupi ὀνοματολογίαν, quæ Synon: Etym: & Homonymiâ absolvitur, delibabo, quâ perceptâ, accuratiùs forsitan ipsam naturam LUPI degustare licebit.

§. 2. Varia igitur Lupus, quoad Synonymiam, nanciſcitur nomina Dicitur enim Hebraicè זְאֵב de qua denominatione *Bochart. in Hierozoico part. 1. l. 7. c. 9. fol. 62.* Græcè dicitur λύκος, vel παρὰ τὸ λύειν, diſſolvere, vel ab Hebræo לוּעַ abſorbere. Vel, ut derivat *Macrob. l. 1. c. 17.* apud *Joh. Ludovic. de la Cerda in Comment. ad IX. Æn. Virgil.* ἀπὸ τῆς λύκης à luce, quod primâ luce eat ad prædam, hinc Lux prima dicitur λύκη ἀπὸ τοῦ λόκου. Unde etiam Lupi latinam deducit ſignificationem à Luce, *Id. ib. Nazianz. carm. 50.* hinc ridicula eſt aliqua, quam refert *Iſidor. l. 12. c. 2.* Etymologia, quando lupus dicatur, quaſi Leopos, quòd quaſi Leoni, ita ſit illi virtus in pedibus, Gallicè dicitur *un loup;* Italicè *LVPO*, Hiſpan. *LOBO*. Germanicè verò ein Wolf. De cujus vocabuli Etymologia dignus eſt, qui legatur Harsdörffer in ſeinem groſſen Schauplatz Lehr- und Luſtreicher Hiſtorien *part. 7. hiſt. 20.* Apud Æthiopicas Incolas dicitur *THOAS*, ut & in Aquilonari regione intra Sveciam ſcil. & Norwegiam *Majolus dierum Canicularium Colloq. VII. ex Solin. c. 32. Olai l. 18. c. 11. & l. 17. c. 7. & Plin. l. 8. c. 34.* Sammites vocabant *IRPVM. Feſtus lit. I. fol. 302.* & *ex Servio ad XI. Æneid. Virgil. Freigius ad Cic. Oration. de Lege Agraria fol. 247.*

§. 3. Quoad Homonymiam hoc loco non intelligitur LVPVS PISCIS, de quo *Ælian. lib. 10. c. 2. Varro l. 4. de LL. §. 12. Iſidor. lib. 12. c. 6.* Nec LVPVS SCYTHICVS in ultima Scandinavia poſt Norwegiam, quod animal perpetuò iracundum, germ: Grimmenflau dictum, LVPVS neque MARINVS, quod animal amphibium eſt, & in littore Oceani Britannici & alibi conſpicitur, de quibus vide *Caſp.* Schott: *Phyſ. curioſ. l. 48. c. 48. pag. 901. 902.* qui etiam *ib. p. 905.* illorum addit Iconiſmos,

Item.

Item *I.C. Scaliger. de Subtilitate exerc. 201. & 203. ſ. 3.* Cæterùm hîc nolo LVPVM CERVARIVM, ſive CHAVM, quem *Dalechampius* Animal Ciberi eſſe vult, *l. 18. c. 19.* uti videre licet, ſi libet, apud *Petrum Caſtellum Romanum in ſua exetaſi de hyæna odorifera c. 2. p. 14.* Siquidem hic nihil lupinæ formæ habet, ſed ſaltem ſic dicitur ab aviditate, *Scalig. d. loc. exerc. 210.* Uti pluribus quoque eum deſcribit *Franz. hiſtoria animal. ſacra part. 1. cap. 20. Plin. l. 8. cap. 22. & 34.* Nec tractabimus Lupos, quos Æthiopia mittit cervice jubatos, & tantum varios, ut nullum colorem dicunt illis abeſſe. *Iſidor. l. 12. cap. 2.* Nec LVPOS FERREOS, armorum bellicorum genus, de quibus *Liv. hiſt. Rom. l. 28. c. 3. m.* Nec NVMISIVS LVPVS, apud *Tacitum lib. hiſt. 1. c. 79. v. 7.*

§. IV. Præterea in hac diſſertatione non deſcribitur LVPVS SALICTARIVS, alio nomine Lupulus dictus, illâ planta, quâ in coquendo Zytho Germani utuntur, de qua *Plin. paſſim & Jul. C. Scal. d. l. exerc. 87. Fernel. l. 5. meth. med. c. 24.* Nec LVPVS & LVPA, quatenus notant SCORTATOREM & MERETRICEM, ſicut Romulus & Remus, ut duo ſpurii dicuntur nutriti à Lupa ſive meretrice, quæ *Laurentia* dicitur *à Liv. all. l. 1. c. 4. m. Lact. ant. l. 1. c. 20. f. de vera ſapientia. vide Conſtantinum Manaſſem rer. 1613. Item Excerpta Nicolai Damaſc. apud Valleſium referente Freinsheimio ad Flor. 1. l. 3. Eutropium l. 1. c. 3.* Quamvis LVPAM BESTIAM intelligere velit *Juſtin. in Hiſt. Trog. Pompeji Epitom. l. 43. c. 3. ſ. 6. Virg. l. 1. Æneid. v. 265. Propert. Eleg. 1. lib. 4. & lib. 2. Eleg. 7. diſt. 7 Joh. Ludov. de la Cerda l. all. ad v. 62. l. IX. Æn. Luc. Annæ. Florus rerum Romanorum l. 1. c. 1. ſ. 3.* Unde Romani Luporum animi vocantur, *Juſt. loc. all. l. 38. c. 6. ſ. 10.* Nec LVPVS ulceris genus, de quo *Crollius Baſil. Chymic. p. 211*

§ 327. & tract. de Signaturis rerum internis pag. 66. Joh. Tagaultius Inst. chir. l. 1. cap. 13.

Denique hîc non intelligo LVPVM, quatenus notat VNCVM, quô puteis deciduæ situlæ extrahuntur; qui græc. etiam λύκος, lat. autem harpago, & germ. ein Brunnenhacken vocatur. Nec quatenus notat SERRVLAM MANVBRIATAM, quæ levius secat, & πρίων μαχαιρητὴς *Galeno* dici videtur germanic. ein Handsägen. Sed LVPVM COMMVNEM & SYLVESTREM, brutum illud quadrupes, quod armentis Incolarum mirâ importunitate insidiatur, ut vaccis, vitulis, capris, ovibus &c. *Olaus M. historia Sveticer. l. 18. p. 442.*

Caput II.

De Lupi Definitione.

§. 1.

HOmonymiâ igitur remotâ, Lupum definit *Wolff. Franz. l. c. part. 1. c. 22. p. m. 142.* quòd sit animal notum, canibusque quoad figuram admodùm simile. Et *Schræd. Pharm. med. chym. lib. 5. Cl. 1. pag. 301.* Lupus est animal audax, rapax, vorax, cani non absimile, unde & canis sylvestris nonnullis venatoribus audit *Joh. Daniel Mylius Basilic. chymic. l. 7. cap. 7. pag. 237.* Lupus græcè λύκος animal rapacissimum & fraudulentissimum, Uti etiam describitur à *Buchnero in Thes. Erudit. Scholast. Basilii Fabri, & Cardan. rerum mirabil. l. 7. c. 31. & 33. p. 190. & 199.*

§. 2. Harsdörffer *loc. cit. part. 1. hist. 1. §. 8.* ita describit Lupum: Der Wolf ist ein grausames und zugleich listiges Thier/ welches schwerlich zu fangen/ und weil

weil es mißtrauisch / wachtsam / höret / loset / und sich wohl vorsiehet / daß es auch sein Geruch nach kein Aaß / sondern grosse um sich anfället; Lässet sich aber leichtlich verscheuen und in Furcht bringen. Paulò tamen adhuc accuratiùs definitur à *Sperl. Zool. posthum. l. 2. c. 16.* Lupus est brutum quadrupes, ululans, rapacissimum, voracissimum, & ovibus infestissimum, similis magnis pastorum canibus. Et secundùm omnes partes sui corporis: Dentes habet acutissimos, ad morsum validissimum. Oculi sunt splendentes, noctu lucem ejaculantes. Cerebrum crescentem ac decrescentem lunam sequitur. Armos habet validos, quibus ovem gerere, & pastorem fugere potest. Crura sunt longa, & genitalia ossea. Intestina minùs spiris involuta, unde citiùs exeunt, quæ devoravit. Cauda est villosa, & propè corporis longitudini æqualis.

§. 3. Qui autem lupi naturam, omnesque qualitates comprehendit, eum procul dubio sic definire poterit: Lupus est animal brutum, notum, quadrupes, visu & odore præstans, forte ac crudele rapax atque vorax, noxium & astutum, multis variisque bestiis, ovibus cumprimis, infestum, inque solo Medicinæ usu homini accommodatum.

Caput III.

De

Lupi Generatione & lòco inhabitationis.

§. 1.

Generatio Lupi consideratur cum ratione coitus, tum ratione partus. Coit igitur toto anno, non nisi dies duodecim Lupus, *Isidor. l. 12. c. 2.* siquidem teste

teste *Franz. l. all. p. 1. c. 20. pag. m. 144.* minùs libidinosum est animal. Membrum habet osseum, & aversò modo instar canis cohæret, *Sperling. l. c. pag. 237. Plin. d. l. c. 22. Paucirol. rerum mirabil. tit. 562. de moribus in bello usurpatis. Arist. hist. animal. lib. 7. c. 35.* Coit quoque cum canibus in Cyrenensi agro. *Franz. d. l.*

§. 2. Lupas certâ anni dimensione omnes intra dierum XII. spatium parere, ut *Johann. Piererius* prodidit *lib. 11. Hieroglyph.* forsan, ut tot pariundi, quot coëundi dies iis constituros intelligamus. Cæterùm parturiunt diebus ac noctibus duodenis continuis, donec partu solvantur: Quanto etiam tempore Laconam ex Hyperboreis in Delum perveniſſe Delii ajunt. *Æl. lib. 4. pag. 191. Quod fabulam censet Aristotel. l. c.* Qui & *ib.* asserit, quod Lupa cæcos catulos instar canis pariat.

§. 3. Numerus autem Catulorum varius. Nam *Felix* Hemmerlin *tract. at. de libertate Eccles. ex Plinio* refert: Lupam 6. vel octo catulos simul parere. Sed *Sperling. all. loc.* dicit: Parit lupa uno partu septem aut novem. Nouum canem & non lupum esse ajunt; sed fabulam sapit, cum simile non nisi simile gignat. Lupam primo partu unum niti dicunt catulum, secundo genuinos, & sic deinceps, usque ad nonum, indeque sterilescere. Ast reclamante Experientiâ meritò & hanc sententiam rejicimus.

§. 4. In Turego Lupa domestica Anno Christi 1276. peperit duos rufos, duos veltres, duos albos, & tres catulos diversorum generum, uti *ex Annalibus Colmarienſibus* refert *Wolfius cent. 13. fol. 551.* Fœtus autem ex iis & cane domesticâ procreatus valde inimicus efficitur in omne aliud luporum genus, quod gregibus insidiatur. *Olaus M. l. 18. pag. 442.*

§. 5.

§. 5. Locus inhabitationis variat. In Germania noſtra dari, nemo ibit inficias. Dantur etiam præterea in Italia, atteſtante *Plinio l. 8. cap. 22.* In Æthiopia *Solin. c. 32.* In aquilonari regione, *Olao l. 1. c. 7.* & *l. 18. c. 11.* Apud Mæotidem paludem, *Plin. l. 10. c. 8.* In Helleſponto, *M. Aurel. Imperatore in ep. ad Lambertum Helleſponti Præfectum l. 3. c. 48. & 49.* In Ægypto & Africa, item in Septentrionalibus Regionibus *Olao M. hiſtor. de gent. ſeptent. l. 18. p. 439.*

§. 6. Contrariam autem in partem nulli planè Lupi in inſula Creta reperiuntur, *Æli. l. 3. c. 32.* Michael Heberer Egyptiſcher Dienſtbarkeit *l. 3. c. 13. pag. 416* *Ionſt. Thaumatogr. Cl. 7. c. 24.* In Macedonico Olympo *Æl. & Ionſt. loc. alleg.* In Sardinia, in qua etiam nullum venenoſum animal eſſe dicitur, quia Cœli illius clima illis adverſarium ſit, *è Leandr. Hieron.* Welſch Reiß-Beſchreibung *c. 35. p. 202. Ionſt. t. l.* In Inſulis Septentrionalibus, quæ ultra Scanziam Inſulam, ultra Sarmatas & Sydras magno ſunt numero: Ad quas congelato mari datur iter perinde ac terra. Cùm igitur lupi ad eas pervenerint, oculis breviſſimo tempore privantur. *Vrſperg. A. D. 377. de Gottis*, cujus viſus privationis cauſam frigus conſtituit, *Ionſt. d. l.*

§. 7. Angliam hanc ob cauſam putat *Ortelius* felicem, quod in ea regione, quæ Cambria dicitur, nullus lupus vivat, unde ſecurè diu noctuque greges, armentaque omnia pervagentur. Quod etiam aſſerit *Bertius in breviario Orbis terræ pag. 12. Scalig. de ſubtil. exerc. 200.* Cujus contrarium optimè probat *Camerarius ex relatione Sydnæi Cent. 1. horarum ſucciſivarum cap. 28. p. 140.* Et fabuloſum aſſerit *Franz. all. l.* dum refert: Cùm lupi ovibus multum noceant, & ex pannorum artificio Anglia victitet, vita donata maleficis, quotquot lupum inveſtigâſſent.

CAPUT IV.

DE

Lupi Visu & Odore.

§. 1.

VIsu non parum valet Lupus, quanquam à necessario ad nimium progressi sint homines: Putant enim in crassioribus quoque tenebris a lupo conspici argumenta. Quod cum visionis repugnet naturæ, à vero est alienum, inquit *Sperling. l. d. pag.* 198. cujus tamen sententia adhuc hallucinatur. *Franz.* enim *l. c. p.* 143. refert, quod oculi sui splendeant, mediâ etiam in nocte lucem quandam ejaculentur; Et visu ita valeant, ut etiamsi luna non luceat, tamen noctis profundissimas tenebras vincant. Quod etiam asserit *Plinius l. XI. c.* 37. & Phile in Jambis istis:

Ὀρᾷ δὲ μακρὰν, ὀξυδερκὴς, ὢν φύσει,
Καὶ γλαυξ ἀτεχνῶς ὑπὸ γενύκτα κἀὶ σκότῳ.
Acie oculorum prævalens luce fruitur,
Ceu nocturna, atra noctis in caligine.

Et mirum non est, siquidem *Joh. Conrad. Dieterich. Disput. solen.* 16. *th.* 4. *Giessæ* 1658. *& Petrus Petitus de Igne & lucis natura exerc.* 29. *pag.* 229. etiam homines adducit qui sese in tenebris seu media in luce omnia vidisse sanctè affirment, e. g. Tiberium Principem, *teste Suetonio in ejus vita cap.* 68. *Plin. l.* 11. 37. *& Heliodorus in Opticis.* Julium Cæsarem, Scaligerum, ut de sese testatur ipse in 1. *de histor. animalium.* Josephum ejus Filium, cui id familiare fuit à pueritia ad annum ætatis 23. ut ipsemet scripsit in vita Patris & refutatione fabulæ Burdonianæ ap. *Michael Piccart decur.* 1. *c.* 7. *observ. historico politicarum p.* 48. Cardanum, Cœlium Rhodiginum, Carolum Coninium, Pictorem Nobilem Josephi Scaligeri

Ami-

Amicum. QuiPetitus tandem & se addit, talesque habere oculos affirmat. Vide etiam *Schenckium l. 1. observ. apud Schott. phys. curios. l. 11. c. 11. pag. 1214.* Causam tradunt *Plempius in Ophtalmographia & Bartholin. de luce animalium.*

§. 2. In Italia creditur, luporum visus esse nocius, vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad præsens. *Plin. hist. lib. 8. c. 22.* Id quoque *Solin.* habet *c. 27.* ut & *Ambrosius in Exaemero.* Rationem autem ejus rei dicunt esse infectionem aëris, è venenato Lupi spiritu, quem trahit homo ad fauces, jam se à lupo visum animadvertens: Quod non accidit, si videat prius ipse lupum. *Silv. in aurea rota praambulis c. 5.* Quamobrem *Servius* ad illud *Virg. Ecl. 9.*

Lupi Mœrin videre priores.

Hoc Physici, inquit, confirmant, quod vox detrahatur ei, quem primùm lupus viderit: Unde Proverbio *Ter. in Adelph. Act. IV. Scen. 1.* utimur: LUPUS IN FABULA, quoties supervenit ille, de quo loquimur, & nobis suâ præsentiâ amputat facultatem loquendi. *Buchner. in Thesaur. Erud. Schol. Basil. Fabri, & Erasmus Adag. Chil. 1. cent. 79. & Chil. 2. cent. 8. Alex. ab Alexan. l. 5. c. 15. Isidor. l. 12. c. 2.*

§. 3. Physici igitur tantæ rei causas inquirunt anxiè, sed dant causam rei, quæ nunquam facta, nunquam futura est. Non enim desunt nobis lupi, qui & vident nos, & videntur à nobis sine periculo vocis. Unde rectè *Scaliger:* dictum puto: Cur visis lupis homines obmutescunt? Quia in illorum oculis vis. Quid si oculos non vidi? Num oculi dorsum penetrant, & occiput ad liguam? Utinam tot ferulis castigarentur mendaciorum assertores isti, quot à lupis visi sumus nos sine vocis jactura *Sperl. Zool. posth. l. 2. c. 16.*

§. 4. Quantum autem visu, tantum, & forsitan plus præstat odore lupus. Nam famelicus per noctem vento adverso, escæ vel per mediil miliaris spatium percipit odorem. Ex *Stumpffio Ionst. Thaum. Cl. 7. c. 34.* Sic lupi septentrionales prægnantium mulierum odorem percipiunt, unde illis magis insidiantur. *Olaus M. l. c. l. 18. p. 442.*

Caput V.

LUPUS,

Animal forte & crudele.

§. 1.

HActenus de Lupi natura, visu & odore; Nunc de ejus qualitatibus paucis erit differendum, inter quas primas tenent lupi robur & crudelitas.

§ 2. Lupi robur facili, negotio poterit probare, si quis saltem attendat, quod omne, quod pede terit, vivere nequeat. *Isidorus l. 12. c. 2.* Imò, quod agnum armis suis gerere, sicque pastorem fugere, omneque periculum effugere queat. Unde etiam ferè omnia habet, quæ Leo, sed pleraque hic minus, ille magis, hicque magis est improbior, magisque insidiosus. Ex *Alberto Frantz. sapè c. l.* Unde hujus animalis vires ostendens, scribit *Hom. Il. λ.*

— — — λυκοι ὡς
Ὠμοφάγοι, τῶ σίντε περὶ φρεσὶν ἄσπετον ἀλκὴ.
— — — *Lupi ceu*
Crudivori, quibus pe circa mentes immensum robur.

§. 3. Quandoquidem autem hoc animal forte, hinc etiam robore suo, quod apud plerasque ferè contingit bestias, ad crudelitatem abutitur. Nam mirum in modum sævit, nec homini, nec ulli animali parcit, Harsdörffer *l. c.* Hinc *AElian. hist. animal. l. 7. c. 20.*

eos immanes & crudeles existimat, quod inter se vorent, ad hunc modum mutuas sibi molientes insidias. Eos enim ferunt Ægyptii primùm in orbem circumagi, deinde excurrere: Et cùm ex vertigine currendi & caligine eorum aliquis lapsus fuerit, in eum humi stratum cæteri omnes facto impetu laniant. Sævitiam quoque illorum exhibet *Eurip. in Hecab.* λύκε αἱμονι χαλᾶ, cruento ungue lupi. Et *Sil. l. 7.*

--- --- --- *Effera sævit,*
Atq; impasta truces ululatus turba luporum
Exercet, morsuq; quatit restantia claustra.

Unde *Albertus Krant. lib. 3. hist. c. 13.* explicaturus sævitiam Bolislai Regis Poloniæ, gregem Domini perdentis, comparat sævienti lupo. Et *Philost. in Heroic.* dixit, λύκε ἔφοδον, *lupi impetum*, rem exaggerans, quasi nihil majus sævitiâ & ira lupi. Sic quoq; *Demosthenes apud Plutarch.* Alexandrum M. in Principum omnium fortunas sævientem appellabat Μονόλυκον, unicum lupum

§. 4. Speciale crudelitatis signum in illis patet exinde, quia nihil tam appetunt, atque cruorem, teste *Frantz. d. l. p. 143.* Unde Romani sanguinis inexplebiles atque Imperii, divitiarumque avidi ac jejuni dicuntur Raptores Orbis, quos non orieus, non occidens satiaverit, &c. Inquit *Britannicus ille Galgacus in Tacit. Agr. c. 30.* Hinc etiam convitio Lupi dicti ab hostibus Romani, *Livius l. 3. c. 66. s. 1. & ap. Vellejum l. 2. c. 27. §. 3.*

§. 5. Differt autem Luporum crudelitas tum ratione temporis, tum loci, tum aliarum circumstantiarum. Nam hyemis summo frigore ac coitus tempore magis crudeles sunt ac aliàs, ut testatur *Aristot. hist. animal. lib. 6. c. 18.* Et *Olaus M. hist. de gentib. sept. l. 18. pag. 439. & seq.* qui inquit: Sævitia & malitia eorum ostendit crudelitatem, præsertim tempore coitus, frigorisque immensi,

quando Victores armatos incedere oportebit, ut se jumentaque sua illæsos conservent, præcipue mulieres partui viciniores, quibus lupi capto odore, ut antea dixi, magis insidiantur. Ideoque nulla femina sola permittitur itinerari, quin armatus custos illi assistat. Evenit enim, plerumque mense Januario, ut hyemalibus vehiculis homines itinerantes agminatim ab utroq; latere accurrentes lupos, si vivere velint, arceant sagittis & bombardis. Unde fit, ut non secus viatores ad privata negotia, etiam Ecclesias rurales, transituri, armis prædictis sint provisi, quàm ad publica certamina forent profecturi. Hucusque *Olaus c. l.* Maximè quoque tum sævit, cum catulos, quos amat, alit. *Frantz. t. 1. pag.* 144.

§. 6. Cæterum etiam urgente fame, in tantam lævitiam & rabiem sæpissimè lupi incidunt, ut humanas habitationes intrantes, rapta jumenta in sylvas deportent. *Olaus M. l. d. & Plaut. Capt. apud I. L. de la Cerda l. d. ad v.* 63. *Apollon dicit:* λύκος λιμῷ αἰδόμενος, Lupus fame furens. Unde *Sil. & Virgil. 2. AEneid.*

-- -- -- -- Quos improba ventris
Exegit cæcos rabies.

Et *Oppian.* de lupo, *lib.* 3. *Cyn.* affirmat, illum erumpere in omnem impudentiam propter cibum, vide *Ovid. Eleg. 5. lib.* 1. *trist. Claud. 2. pan.* 21. *Apollon. l.* 1. *Arg.* quitamen lupum non nominat, sed lupum intellexisse putandus est, vel ex *Maron. lib. IX. AEn. Stat. 5. Theb.* vel *Ovid. Eleg. 2. lib.* 1. *pont.* Notandum autem quoque, quod balatu ovium fames lupi acuatur, ut notat *Oppian.* 4. *Cyn.*

§. 7. Has & alias crudelitatis hujus causas comprehendit *Cardanus rer. mirabil. l. 7. cap.* 31. *pag.* 190. dum scribit: Die Wölff in Schottland sind viel grimmiger und

und grausamer denn an andern Orthen/nemlich wegen der Kälte/ſitzen doch in einem Thal/ in der Landschafft Augustien/ ſo Glemoren genennet/ welches nicht weit von Ebenburg gegen Mitternacht gelegen / allein den wilden Thieren Schaden zu/ und dem Vieh nicht. It. Wo ſie angereitzet werden ſind ſie grimmiger/wo nicht/ ſo ſind ſie zähmer. It Nach den Niederlagen und Peſtilentzen gerathen die Wölff nicht allein an das Vieh/ ſondern auch an die Menſchen. Quod ultimum in Æthiopia non fit, teſtante *Solino cap.* 32. Ut & in Aquilonari regione, *Olao lib.* 18. *cap.* 11. *Plin. lib.* 8. *cap.* 34. Siquidem in his prædictis locis homines nihil lædere ſolent.

§. 8. Unde in plerisque etiam locis lupi hominibus ſunt familiares, uti teſtatur *M. Aurel. Imp. in all. Ep. ad Lambertum Helleſp. Præfectum lib.* 3. *cap.* 48, & 49. ſcribens: quod in Helleſponto paſſim familiares ſint hominibus. Et *Majolius loc. all. p.m.* 283. refert: Admirari libet, quod *Ariſtoteles* ipſe admiratur *hiſt. anim. lib.* 9. *cap.* 36. apud Mæotidem paludem lupos eſſe piſcatoribus familiares, & niſi partem ſuam à piſcatoribus acceperint, retia, cum in terra expanſa reſiccentur, lacerare. Quod etiam *Plinius* memorat *lib.* 10. *c.* 8. & *Ælian l.* 6. *c.* 65. Hinc eos quoque mitiores fieri ſocietatis humanæ aſſuetudine, *Sperl. l. c. Scal l. d. exerc.* 202. quod autem negat *Olaus M. t. I. p.* 447. dum refert: Quidam ex catulis per venationem interceptis, etiamſi domeſtici fieri videantur, in vinculis clauſi, tamen ſævisſimi generis non obliti, quibusvis aliis, etiam volatilibus, inſidiantur. Quam ob rem lupini catuli meritò, etſi pecora nondum dilaniârunt, tamen jugulantur, propter metum ſecuturæ crudelitatis.

§. 9. Ut autem crudelitatem ſuam eò meliùs poſſint exercere, plerumque gregatim vagantur. Ex

Olao Ionst. Thaum. Cl. 7. c. 24. Paræus l. 1. Chir. c. 19. Olaus M. histor. de gentib. sept. l. 18. pag. 442. quod etiam *pag. seq.* de illis, qui in montibus Dofrinis sunt, affirmat. Et, quia aliquot ut plurimùm instar latronum collecti grassantur, hinc apud Atticos lege publica talentum decernebatur illi, qui interfeciſſet unum catulum lupi, sed duo talenta, qui adultum necâſſet; qui imprimis humanæ cárnis solet esse avidus & fœtus in utero. *Frantz. l. c.* Proficiscuntur bini quoque libenter. *AElian. lib. 15. c. 13.*

Caput VI.

LUPUS.

Animal rapax & vorax.

§ 1.

NOtum quoque hoc est animal, non robore ac crudelitate duntaxat, sed & rapacitate & voracitate, quibus etiam lupus præ cæteris gaudet animantibus.

§. 2. Rapax animal lupum esse, nemo est, qui negabit; siquidem agnum è grege diripit, quod cum Script. S. *Matth. 7. v. 15. AElian. lib. 12. c. 31. Plat. 3. de Rep. & Civit. 10. Metam. Arnob. lib. 1. & Virgil. 3. Ecl. & 4. Georg. l. 2. Æn.* rerum magistra quoque ostendit Experientia. Unde adagio *Erasm. Chil. 2. cent. VII. ad* 80. Lupo agnum eripere, uritur, ubi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus injecit rapax aliquis. Lupi quoque nullo negotio asinos comprehendunt, & facilè è vita tollunt. *Idibid. lib. 8. c. 6. & 14.* Unde *Iob. Chrysost. Orat. 4. de Nat. DEI.* Item *Homilia de Doctrina & Correptione:* λύκος ἁρπάσας, *Et Homil. de ira,* ubi cum propterea attributa singulis animalibus assignet, de lupo

in

inquit: ἁρπάζη δὲ ὡς λύκος, rapiat ut lupus. *Cyr. Alex. in Oseam.* Denique sua rapacitas etiam exinde probatur, quia liberis suis præripit prædam, quam ipsis attulerat mater Lupa. Hoc cùm optimè noverit Lupa, prædam conquisitam solet occultare; lavare idem os suum, ne à colore sanguinis prodatur. Nihilominus tamen, cum vacuus redit lupus, cogit lupam, ut prædam occultatam demonstret & exhibeat. *Frantz. all. I. l. 1. c. 19. pag. 143.* Der Wolff ernehrt sich von dem Raub. Harsdörffer *l. c.* & *J. C. Scalig. Exerc.* 189. *s. 5.* Unde metaphoricè alienæ libertatis raptores dicuntur Lupi *ap. Iust. Lipsium polit. lib. 14. c. 9. s. 60.*

§. 3. Tempus autem, quo Lupus ad rapiendum & prædandum eat, plerumque est illud, post mediam noctem, ac penè matutinum, summumque diluculum. Tunc enim collecta major fames ex toto præcedente vespere, *Joh. Ludov. de la Cerda comment. ad lib. Æneid. IX. v. 60. Virg.* Probatque hanc rem *Oppian. lib. 3. Cyn.* ubi inter genera luporum unum adducit, de quo ait:

πολλῷ σὺν ῥοίζῳ δὲ μαλ' ὄρθριος ἴσσεν ἐπ' ἄρχην,
πρώτη ὑπ' ἀμφιλύκῃ. -- --
Multo cum stridore matutinus valde it ad prædam
Primum sub crepusculum.

Unde *Pausan. Corinth.* ex more hujus feræ narrat; Ἀχομένης δὲ ἡμέρας εἰ ἕως μεγάλην νεμομένην πρὸ τῦ τείχους ἐσπίπτει λύκος. Sumo mane lupus impetum fecit in gregem boum, qui ante murum pascebatur. Sed *Calab. lib. 2.* nullâ factâ distinctione temporis tantùm ait: ὀμίχλην φυλὴν ἐλοόλη λύκοις, caliginem esse amicam perniciosis lupis, ut & *Nazianz. l. c. Oppianus* quinque luporum genera commemorat, & secundo duntaxat hanc naturam attribuit, huncque, ait, superare reliquos magnitudine & celeritate, ac proinde esse ἅρπαγα, i. e. raptorem.

§. 4. Animal voracissimum præterea est lupus; & insatiabile fermè, carnes, pilos, ossa, aliaqua solida devorat potiùs, quàm comedit atque integra rursus alvo reddit. Ex *Stumpffio, Ionst. Thaum. Cl. 7. cap. 24. Croll. tract. de Signat. p. 83.* Hinc German. proverbium: Er frisst wie ein Wolff. Item, Er hat einen Wolffs-Magen. *Sperl. Zool. posth. lib. 2. cap. 16.*

§. 5. Famem per aliquot dies sufferre valet Lupus, unâq; vice tantum devorat, ut ad triduum, aut ultra etiam sufficiat. *Isidor. l. 12. c. 22. I. Dan. Mylius Basilica chymica l. 7. c. 7. p. 67. Iob. Lud. de la Cerda ad v. 62. lib. IX. Æn. Virg.* Eaque, quæ devoravit, citiùs concoquit, Causa verò naturæ concoctionis est, quòd insigni constet calore, & intestina habeat non ita spirosa.

§. 6. Cæterùm cibus illius Talpæ, mures, ex *Olao histor. sept. lib. 18. p. 442.* Reliqua quoque animantia, quæ ille consequitur & vorat, ut lepores, *Scal. exerc. 189. s. 5.* Canes, oves, *Franz.* & *Olaus all. locc.* In fame: vorat terram, *Cardan. rerum mirabil. l. 7. c. 27. p. 157. Plin. l. 8. c. 22.*

Caput VII.

LUPUS.

Animal noxium & astutum:

ii.

Quomodo fugetur & tollatur?

§. 1.

LUpum noxium esse animal, ex præcedentibus Capitibus abundè demonstrari posse arbitror, dum nimirum crudelitatem suam in omne animantium genus exercet, imò etiam in homines, omniaque rapit ac devorat. Unde *Act. 20. v. 29.* Lupus gravis, h. e. admodum

maturè sibi consulit fugâ, & repetit sylvas ante clamorem, *Franz. l. 1. Erasm. Adag. Chil. 2. cent. 7. ad 79.* quam ob rem & facilè fugare potest. Pythocharem Tibicinem fama est, inquit *Ælian. l. XI. c. 28.* concitato & vehementi tibiæ sono luporum impetum cohibuisse. *Franz. sapius l. d. pag. 144.* refert; Lapidem, ignem & gladium vehementer fugit lupus, unde venatores solent secum portare silices, & conspecto lupo scintillas excutere, quibus visis, fugâ sibi consulit grassator. Ita quoque gladii splendorem ferre non potest. Sed *Camerar. in succes. cap. 23.* dicit, quod nec lignum, nec ferrum, sed lapidem metuat vehementer, & putrefcat eâ parte, quâ lapis eum tangit, unde strepitu lapidum abigitur longissimè, sicuti latrantes canes citiùs lapidibus, quam strictis gladiis abegeris. It: non comederit boves ad præsepe, caudam ejus si suspenderis, *ex Alberto Ionst. Thaum. Cl. VII. c. 24. p. 319.*

§. 8. Ut autem penitùs tollantur, contra illos ceu pauperiem incolis facientes, venatio publica loco, die & horâ instituitur, ut retibus, canibus ac reliquis insidiis interimantur. Non autem tantam curam habent pro veteribus interciendis, quàm catulis, ne coalescant, interficiendis. *Olaus M. histor. sept. lib. 18. p. 422.* Ruricolæ septentrionales falces ferreas alligato cadavere ponunt in nivibus, ut lupi prædam voraturi, pedibus amputatis pœnas luant, vel sagittis impediti, illicò moriantur, vel subterraneis specubus aviditate prædæ immersi fame macerentur. *Id. ibid.* In Armenia, in domesticarum ovium & caprarum discissum latus, quatenus manus inseri queat, farinas ex piscibus (qui cum aqua ex excelso illius regionis saxo ad terram delabuntur, partim semimortui, partim adhuc palpitantes, de quibus eleganter *Ælian. l. 17. initio. c. 31.*) abdunt.

Post verò hanc escam ad eos alliciendos objiciunt, ac cum ejusmodi quippiam lupus, Pardalis, Leo, gustaverint, continuò moriuntur, testante *eodem ib. pag. 995.*

CAPUT VIII.

DE

Lupi Antipathia cum cæteris animantibus.

§. 1.

LUpum naturali quâdam & mirâbili antipathiâ contrarium esse homini, asserit, *Franz. histor. animal. sacr. p. 1. cap. 20.* quia vox detrahatur ei, quem priùs lupus conspexerit, sed quid de hac re sit sentiendum, *supra Cap. 4.* de lupi visu differens, admonui.

§. 2. Deinde Antipathiam inter Lupum & Equum esse, varii testantur Authores, siquidem luporum vestigia quodammodò loca inficere, testis *Plin. l. 28. c. 10.* cum ait: Lupi vestigia calcata equis afferunt torporem. *AElian. l. 1. c. 36. Ionst. Th. Cl. VII. c. 24. p. 319. ex Gellio, Franz. t. l. pag. 145.* qui pergit: Si equa lupum aut lupi vestigia calcaverit, abortire dicitur. Inde in Hieroglyphicis Horapollines abortientem mulierem significantes, equum, quæ lupum conculcet, pingunt. Imò, si vel mortui intestina condita sentiat, mox dicitur deponere generositatem, *apud Camer. lib. 1. succis. c. 23.* Et his transire prohibeatur, etiam si fuste adigantur, *Ex Alberto Mizald. memorabil. cent. 1. aph. 35.* Item, si supra tepidam Lupi urinam (quæ secundum Lunæ augmentum & decrementum augetur & decrescit) lotium reddant animantia, nunquam concipere traduntur *I. Dan. Mylius Basilic. chymic. l. 7. c. 7. p. 67.* Verùm, quia hæc nullo experimento didicimus, omissa faciemus, inquit *Majolus dierum canicul. colloq. VII. pag. 285.*

§. 3.

dùm noxius vocatur. Quare teſtantur hiſtoriæ, daß die Leute in Irrland die Wölffe zu Gevattern gewinnen/und ihnen alles gutes wünſchen/damit ſie nicht von ihnen beleidiget werden. Addo etiam hoc unicum, quod morſus illius adeò noceat, ut ea vulnera immedicabilia cenſeantur, ob dentes calidioris naturæ.

§. 2. Quam ob rem Harsdörffer *d. l. p. 7. hiſt. 20. ex Ariſtotelis probl. 28.* ita ſcribit: Die Wölffs-Zähne ſind ſo hitziger Natur/ daß ſie alles Fleiſch/ welches ſie berühren/ gleichſam beſengen/ verbrennen und austrucknen/ daß in denſelben Wunden keine Haar wachſen/ wie in den Wunden/ welche andere Thier-Zähne eingeſetzet. Et *pag. ſeq.* Und weil dieſe Wolffs-Biß ſo vergifftet/ pflegt man auch die Schaff/ ſo dieſes Unthier beſchädigt/ nicht zueſſen. Unde etiam contra hunc morſum tanquam venenatum, commendatur ſuccus allii & oleum Myrrhæ, *Macaſ. Promptuar. med. pract. lib. poſt. ſ. 10. c. 3. p. 195.*

§. 3. Aſtutum quoque animal lupus eſt, quod variis ex rationibus probari ullo absque negotio poteſt. Nam *Franz. d. l. part. 1. cap. 20.* inquit: Aſtutia & fraudulentia hujus animalis longè eſt major, quàm ſunt ulla ſua ſcelera. Animalia enim cornuta invadit à tergo, ne poſſint ſeſe defendere contra manifeſtas injurias. Præterea ventriculum ſolet replere terrâ, ut ita fiat gravior & operoſior, nec facilè excutiatur, ſed fortiùs reſiſtat. In periculis maturè ſibi conſulit fugâ, & repetit ſylvas ante clamorem, & ſecum defert ſuos fœtus. Cæterùm graſſatur noctu, & cumprimis circa tempus antelucanum, ut in prædis invalendis minùs conſpiciatur. *Sperl. d. l. l. 2. c. 16. p. 238.*

§. 4. Inſuper noctu acceſſurus ad ovile, & ad caulas, incedit contra ventum, ne ſi ſecundo vento

teste *Franz. l. all. p. 1. c. 20. pag. m. 144.* minùs libidinosum est animal. Membrum habet osseum, & aversо modo instar canis cohæret, *Sperling. l. c. pag. 237. Plin. d. l. t. 22. Pancirol. rerum mirabil. tit. 562. de moribus in bello usurpatis. Arist. hist. animal. lib. 7. c. 35.* Coit quoque cum canibus in Cyrenensi agro. *Franz. d. l.*

§. 2. Lupas certâ anni dimensione omnes intra dierum XII. spatium parere, ut *Johann. Piererius* prodidit *lib. 11. Hieroglyph.* forsan, ut tot pariundi, quot coëundi dies iis constitutos intelligamus. Cæterùm parturiunt diebus ac noctibus duodenis continuis, donec partu solvantur: Quanto etiam tempore Laconam ex Hyperboreis in Delum perveniſſe Delii ajunt. *Æl. lib. 4. pag. 191. Quod fabulam censet Aristotel. l. c.* Qui & *ib.* asserit, quod Lupa cæcos catulos instar canis pariat.

§. 3. Numerus autem Catulorum varius. Nam *Felix* Hemmerlein *tract. de libertate Eccleſiast. ex Plinio* refert: Lupam 6. vel octo catulos simul parere. Sed *Sperling. all. loc.* dicit: Parit lupa uno partu septem aut novem. Nouum canem & non lupum esse ajunt; sed fabulam sapit, cum simile non nisi simile gignat. Lupam primo partu unum niti dicunt catulum, secundo genuinos, & sic deinceps, usque ad nonum, indeque sterilescere. Ast reclamante Experientiâ meritò & hanc sententiam rejicimus.

§. 4. In Turego Lupa domestica Anno Christi 1276. peperit duos rufos, duos veltres, duos albos, & tres catulos diversorum generum, uti *ex Annalibus Colmarienſibus* refert *Wolfius cent. 13. fol. 551.* Fœtus autem ex iis & cane domesticâ procreatus valde inimicus efficitur in omne aliud luporum genus, quod gregibus insidiatur. *Olaus M. l. 18. pag. 442.*

§. 5.

§. 5. Locus inhabitationis variat. In Germania noſtra dari, nemo ibit inficias. Dantur etiam præterea in Italia, atteſtante *Plinio l. 8. cap. 22.* In Æthiopia *Solin. c. 32.* In aquilonari regione, *Olao l. 1. c. 7.* & *l. 18. c. 11.* Apud Mæotidem paludem, *Plin. l. 10. c. 8.* In Helleſponto, *M. Aurel. Imperatore in ep. ad Lambertum Helleſponti Præfectum l. 3. c. 48, & 49.* In Ægypto & Africa, item in Septentrionalibus Regionibus *Olao M. hiſtor. de gent. ſeptent. l. 18. p. 439.*

§. 6. Contrariam autem in partem nulli planè Lupi in inſula Creta reperiuntur, *Æli. l. 3. c. 32.* Michael Heberer Egyptiſcher Dienſtbarkeit *l. 3. c. 13. pag. 416* *Ionſt. Thaumatogr. Cl. 7. c. 24.* In Macedonico Olympo *Æl. & Ionſt. loc. alleg.* In Sardinia, in qua etiam nullum venenoſum animal eſſe dicitur, quia Cœli illius clima illis adverſarium ſit, *è Leandr. Hieron.* Welſch Reiß-Beſchreibung *c. 35. p. 202. Ionſt. t. l.* In Inſulis Septentrionalibus, quæ ultra Scanziam Inſulam, ultra Sarmatas & Sydras magno ſunt numero: Ad quas congelato mari datur iter perinde ac terra. Cùm igitur lupi ad eas pervenerint, oculis breviſſimo tempore privantur. *Vrſperg. A. D. 377. de Gottis*, cujus viſus privationis cauſam frigus conſtituit, *Ionſt. d. l.*

§. 7. Angliam hanc ob cauſam putat *Ortelius* felicem, quod in ea regione, quæ Cambria dicitur, nullus lupus vivat, unde ſecurè diu noctuque greges, armentaque omnia pervagentur. Quod etiam aſſerit *Bertius in breviario Orbis terræ pag. 12. Scalig. de ſubtil. exerc. 200.* Cujus contrarium optimè probat *Camerarius ex relatione Sydnæi Cent. 1. horarum ſucciſivarum cap. 28. p. 140.* Et fabuloſum aſſerit *Franz. all. l.* dum refert: Cùm lupi ovibus multum noceant, & ex pannorum artificio Anglia victitet, vita donata maleficis, quotquot lupum inveſtigâſſent.

CAPUT IV.
DE
Lupi Visu & Odore.

§. 1.

VIsu non parùm valet Lupus, quanquam à necessario ad nimium progressi sint homines: Putant enim in crassioribus quoque tenebris à lupo conspici armenta. Quod cum visionis repugnet naturæ, à vero est alienum, inquit *Sperling. l. d. pag.* 198. cujus tamen sententia adhuc hallucinatur. *Franz.* enim *l. c. p.* 143. refert, quod oculi sui splendeant, mediâ etiam in nocte lucem quandam ejaculentur; Et visu ita valeant, ut etiamsi luna non luceat, tamen noctis profundissimas tenebras vincant. Quod etiam asserit *Plinius l. XI. c.* 37. & Phile in Jambis istis:

Ὀρᾷ δὲ μακρὰν, ὀξυδερκὴς, ὢν φύσει,
Καὶ γλαυξ ἀπτῶς ὑπὸ γενύπτα νῷ σκότῳ.
Acie oculorum prævalens luce fruitur,
Ceu noctua, atra noctis in caligine.

Et mirum non est, siquidem *Joh. Conrad. Dieterich. Disput. solen.* 16. *th.* 4. *Giessæ* 1658. *& Petrus Petitus de Ignis & lucis naturæ exerc.* 29. *pag.* 229. etiam homines adducit qui sese in tenebris seu media in luce omnia vidisse sanctè affirment, e. g. Tiberium Principem, *teste Suetonio in ejus vita cap.* 68. *Plin. l.* 11. 37. *& Heliodorus in Opticis.* Julium Cæsarem, Scaligerum, ut de sese testatur ipse in 1. *de histor. animalium.* Josephum ejus Filium, cui id familiare fuit à pueritia ad annum ætatis 23. ut ipsemet scripsit in vita Patris & refutatione fabulæ Burdonianæ ap. *Michael Piccart decur.* 1. *c.* 7. *observ. historico politicarum p.* 48. Cardanum, Cœlium Rhodiginum, Carolum Coninium, Pictorem Nobilem Josephi Scaligeri

Ami-

Amicum. Qui Petitus tandem & se addit, talesque habere oculos affirmat. Vide etiam *Schenckium l. 1. observ. apud Schott. phys. curios. l. 11. c. 11. pag. 1214.* Causam tradunt *Plempius in Ophtalmographia & Bartholin. de luce animalium.*

§. 2. In Italia creditur, luporum visus esse nocius, vocemque homini, quem priores contemplentur, adimere ad præsens. *Plin. hist. lib. 8. c. 22.* Id quoque *Solin.* habet *cap. 7.* ut & *Ambrosius in Exaemero.* Rationem autem ejus rei dicunt esse infectionem aëris, è venenato Lupi spiritu, quem trahit homo ad fauces, jam se à lupo visum animadvertens: Quod non accidit, si videat prius ipse lupum. *Silv. in aureæ rotæ præambulis c. 5.* Quamobrem *Servius* ad illud *Virg. Eccl. 9.*

Lupi Mœrin videre priores.

Hoc Physici, inquit, confirmant, quod vox detrahatur ei, quem primùm lupus viderit: Unde Proverbio *Ter. in Adelph. Act. IV. Scen. 1.* utimur: LUPUS IN FABULA, quoties supervenit ille, de quo loquimur, & nobis suâ præsentiâ amputat facultatem loquendi. *Buchner. in Thesaur. Erud. Schol. Basil. Fabri, & Erasmus Adag. Chil. 1. cent. 79. & Chil. 2. cent. 8. Alex. ab Alexan. l. 5. c. 15. Isidor. l. 12. c. 2.*

§. 3. Physici igitur tantæ rei causas inquirunt anxiè, sed dant causam rei, quæ nunquam facta, nunquam futura est. Non enim desunt nobis lupi, qui & vident nos, & videntur à nobis sine periculo vocis. Unde rectè *Scaliger:* dictum puto: Cur visis lupis homines obmutescunt? Quia in illorum oculis vis. Quid si oculos non vidi? Num oculi dorsum penetrant, & occiput ad liguam? Utinam tot ferulis castigarentur mendaciorum assertores isti, quot à lupis visi sumus nos sine vocis jactura *Sperl. Zool. posth. l. 2. c. 16.*

§. 4. Quantum autem visu, tantum, & forsitan plus præstat odore lupus. Nam famelicus per noctem vento adverso, escæ vel per medii miliaris spatium percipit odorem. Ex *Stumpffio Ionst. Thaum. Cl. 7. c. 34.* Sic lupi septentrionales prægnantium mulierum odorem percipiunt, unde illis magis insidiantur. *Olaus M. l. c. l.* 18. *p.* 442.

Caput V.

LUPUS,

Animal forte & crudele.

§. 1.

Hactenus de Lupi natura, visu & odore; Nunc de ejus qualitatibus paucis erit differendum, inter quas primas tenent lupi robur & crudelitas.

§ 2. Lupi robur facili negotio poterit probare, si quis saltem attendat, quod omne, quod pede terit, vivere nequeat. *Isidorus l.* 12. *c.* 2. Imò, quod agnum armis suis gerere, sicque pastorem fugere, omnemque periculum effugere queat. Unde etiam ferè omnia habet, quæ Leo, sed pleraque hic minus, ille magis, hicque magis est improbior, magisque insidiosus. Ex *Alberto Frantz. sapè c. l.* Unde hujus animalis vires ostendens, scribit *Hom. 16. ibi*

— — — λυκοι ὡς
Ὠμοφάγοι, τῷ σίντε περὶ φρεσὶν ἄσπετον ἀλκὴ.
--- --- --- *Lupi ceu*
Crudivori, quibus de circa mentes immensum robur.

§. 3. Quandoquidem autem hoc animal forte, hinc etiam robore suo, quod apud plerasque ferè contingit bestias, ad crudelitatem abutitur. Nam mirum in modum sævit, nec homini, nec ulli animali parcit, Harsdörffer *l. c.* Hinc *ÆElian. hist. animal. l.* 7. *c.* 20.

eos immanes & crudeles existimat, quod inter se vorent, ad hunc modum mutuas sibi molientes insidias. Eos enim ferunt Ægyptii primùm in orbem circumagi, deinde excurrere: Et cùm ex vertigine currendi & caligine eorum aliquis lapsus fuerit, in eum humi stratum cæteri omnes facto impetu laniant. Sævitiam quoque illorum exhibet *Eurip. in Hecub.* λύκε αἱμονι χαλᾷ, cruento ungue lupi. Et *Sil. l. 7.*

--- --- --- *Effera sævit,*
Atq; impasta truces ululatus turba luporum
Exercet, morsuq; quatit restantia claustra.

Unde *Albertus Krant. lib. 3. hist. c. 13.* explicaturus sævitiam Bolislai Regis Poloniæ, gregem Domini perdentis, comparat sævienti lupo. Et *Philost. in Heroic.* dixit, λύκε ἴφοδον, *lupi impetum*, rem exaggerans, quasi nihil majus sævitiâ & ira lupi. Sic quoq; *Demosthenes apud Plutarch.* Alexandrum M. in Principum omnium fortunas sævientem appellabat Μονόλυκον, unicum lupum

§. 4. Speciale crudelitatis signum in illis patet exinde, quia nihil tam appetunt, atque cruorem, teste *Frantz. d. l. p. 143.* Unde Romani sangvinis inexplebiles atque Imperii, divitiarumque avidi ac jejuni dicuntur Raptores Orbis, quos non orieus, non occidens satiaverit, &c. Inquit *Britannicus ille Galgasus in Tacit. Agr. c. 30.* Hinc etiam convitio Lupi dicti ab hostibus Romani, *Livius l. 3. c. 66. s. 1. & ap. Vellejum l. 2. c. 27. §. 3.*

§. 5. Differt autem Luporum crudelitas tum ratione temporis, tum loci, tum aliarum circumstantiarum. Nam hyemis summo frigore ac coitus tempore magis crudeles sunt ac aliàs, ut testatur *Aristot. hist. animal. lib. 6. c. 18.* Et *Olaus M. hist. de gentib. sept. l. 18. pag. 439. & seq.* qui inquit: Sævitia & malitia eorum ostendit crudelitatem, præsertim tempore coitus, frigorisque immensi,

quando Victores armatos incedere oportebit, ut se jumentaque sua illæsos conservent, præcipue mulieres partui viciniores, quibus lupi capto odore, ut antea dixi, magis insidiantur. Ideoque nulla femina sola permittitur itinerari, quin armatus custos illi assistat. Evenit enim, plerumque mense Januario, ut hyemalibus vehiculis homines itinerantes agminatim ab utroq; latere accurrentes lupos, si vivere velint, arceant sagittis & bombardis. Unde fit, ut non secus viatores ad privata negotia, etiam Ecclesias rurales, transituri, armis prædictis sint provisi, quàm ad publica certamina forent profecturi. Hucusque *Olaus c. l.* Maximè quoque tum sævit, cum catulos, quos amat, alit. *Frantz. s. l. pag.* 144.

§. 6. Cæterum etiam urgente fame, in tantam sævitiam & rabiem sæpissimè lupi incidunt, ut humanas habitationes intrantes, rapta jumenta in sylvas deportent. *Olaus M. l. d.* & *Plaut. Capt. apud I. L. de la Cerda l. d. ad v. 63. Apollon dicit:* λύκος λιμῷ αἰθόμενος, Lupus fame furens. Unde *Sil.* & *Virgil. 2. AEneid.*

-- -- -- -- *Quos improba ventris*
Exegit cæcos rabies.

Et *Oppian.* de lupo, *lib. 3. Cyn.* affirmat, illum erumpere in omnem impudentiam propter cibum, vide *Ovid. Eleg. 5. lib. 1. trist. Claud. 2. pan. 21. Apollon. l. 1. Arg.* quitamen lupum non nominat, sed lupum intellexisse putandus est, vel ex *Maron. lib. IX. AEn. Stat. 5. Theb.* vel *Ovid. Eleg. 2. lib. 1. pont.* Notandum autem quoque, quod balatu ovium fames lupi acuatur, ut notat *Oppian. 4. Cyn.*

§. 7. Has & alias crudelitatis hujus causas comprehendit *Cardanus rer. mirabil. l. 7. cap. 31. pag.* 190. dum scribit: Die Wölff in Schottland sind viel grimmiger und

und grausamer denn an andern Orthen/nemlich wegen der Kälte/ligen doch in einem Thal/ in der Landschafft Augustien/ so Glemoren genennet/ welches nicht weit von Ebenburg gegen Mitternacht gelegen / allein den wilden Thieren Schaden zu/ und dem Vieh nicht. It. Wo sie angereitzet werden sind sie grimmiger/wo nicht/ so sind sie zähmer. It Nach den Niederlagen und Pestilentzen gerathen die Wölff nicht allein an das Vieh, sondern auch an die Menschen. Quod ultimum in Æthiopia non fit, testante *Solino cap.* 32. Ut & in Aquilonari regione, *Olao lib.* 18. *cap.* 11. *Plin. lib.* 8. *cap.* 34. Siquidem in his prædictis locis homines nihil lædere solent.

§. 8. Unde in plerisque etiam locis lupi hominibus sunt familiares, uti testatur *M. Aurel. Imp. in all. Ep. ad Lambertum Hellesp. Præfectum lib.* 3. *cap.* 48, & 49. scribens: quod in Hellesponto passim familiares sint hominibus. Et *Majolus loc. all. p.m.* 283. refert: Admirari libet, quod *Aristoteles* ipse admiratur *hist. anim. lib.* 9. *cap.* 36. apud Mæotidem paludem lupos esse piscatoribus familiares, & nisi partem suam à piscatoribus acceperint; retia, cum in terra expansa resiccentur, lacerare. Quod etiam *Plinius* memorat *lib.* 10. *c.* 8. & *Ælian l.* 6. *c.* 65. Hinc eos quoque mitiores fieri societatis humanæ assuetudine, *Sperl. l. c. Scal l. d. exerc.* 202. quod autem negat *Olaus M. t. 1. p.* 447. dum refert: Quidam ex catulis per venationem interceptis, etiamsi domestici fieri videantur, in vinculis clausi, tamen sævissimi generis non oblivi, quibusvis aliis, etiam volatilibus, insidiantur. Quam ob rem lupini catuli meritò, etsi pecora nondum dilaniârunt, tamen jugulantur, propter metum secuturæ crudelitatis.

§. 9. Ut autem crudelitatem suam eò meliùs possint exercere, plerumque gregatim vagantur. Ex

Olao

Vide Ionst. Thaum. Cl. 7. c. 24. Paræus l. 1. Chir. c. 19. Olaus M. histor. de gentib. sept. l. 18. pag. 442. quod etiam *pag. seq.* de illis, qui in montibus Doffrinis sunt, affirmat. Et, quia aliquot ut plurimùm instar latronum collecti grassantur, hinc apud Atticos lege publica talentum decernebatur illi, qui interfeciſſet unum catulum lupi, sed duo talenta, qui adultum necâſſet; qui imprimis humanæ carnis solet esse avidus & fœtus in utero. *Frantz. l. c.* Proficiscuntur bini quoque libenter. *AElian. lib. 15. c. 13.*

CAPUT VI.

LUPUS.

Animal rapax & vorax.

§ 1.

NOtum quoque hoc est animal, non robore ac crudelitate duntaxat, sed & rapacitate & voracitate, quibus etiam lupus præ cæteris gaudet animantibus.

§. 2. Rapax animal lupum esse, nemo est, qui negabit; siquidem agnum è grege diripit, quod cum Script. S. *Matth. 7. v. 15. AElian. lib. 12. c. 31. Plat. 3. de Rep. & Civit. 10. Metam. Arnob. lib. 1. & Virgil. 3. Ecl. & 4. Georg. l. 2. Æn.* rerum magistra quoque ostendit Experientia. Unde adagio *Erasm. Chil. 2. cent. VII. ad* 80. Lupo agnum eripere, utitur, ubi quis frustra conatur prædam recipere, cui semel manus injecit rapax aliquis. Lupi quoque nullo negotio asinos comprehendunt, & facilè è vita tollunt. *Idibid. lib. 8. c. 6. & 14.* Unde *Iob. Chrysost. Orat. 4. de Nat. DEI.* Item *Homilia de Doctrina & Correptione:* λύκος ἁρπάσας, *Et Homil. de ira,* ubi cum propterea attributa singulis animalibus assignet, de lupo

in

inquit: ἁρπάζη δὲ ὡς λύκος, rapiat ut lupus. *Cyr. Alex. in Oscam.* Denique sua rapacitas etiam exinde probatur, quia liberis suis præripit prædam, quam ipsis attulerat mater Lupa. Hoc cùm optimè noverit Lupa, prædam conquisitam solet occultare, lavare idem os suum, ne à colore sanguinis prodatur. Nihilominus tamen, cum vacuus redit lupus, cogit lupam, ut prædam occultatam demonstret & exhibeat. *Frantz. all. I. l. 1, c. ap. 20. pag. 143.* Der Wolff ernehrt sich von dem Raub. Harsdörffer *l. c.* & *J. C. Scalig. Exerc.* 189. *s. 5.* Unde metaphoricè alienæ libertatis raptores dicuntur Lupi *ap. Iust. Lipsium polit. lib. 14. c. 9. s. 60.*

§. 3. Tempus autem, quo Lupus ad rapiendum & prædandum eat, plerumque est illud, post mediam noctem, ac penè matutinum, summumque diluculum. Tunc enim collecta major fames ex toto præcedente vespere, *Joh. Lodov. de la Cerda comment. ad lib. Æneid. IX. v. 60. Virg.* Probatque hanc rem *Oppian. lib. 3. Cyn.* ubi inter genera luporum unum adducit, de quo ait:

Πολλῷ σὺν ῥοίζῳ δὲ μαλ' ὄρθων εἶσιν ἐπ' ἔργον,
πρώτη ὑπ' ἀμφιλύκῃ. -- --
Multo cum stridore matutinus valde it ad prædam
Primum sub crepusculum.

Unde *Paus. Corinth.* ex more hujus feræ narrat; Ἀχομένης δὲ ἡμέρας εἰ ἕως αἰγέλην νεμομένην πρὸ τῦ τείχους ἐσπίσῃ λύκος. Sumo mane lupus impetum fecit in gregem boum, qui ante murum pascebatur. Sed *Calab. lib. 2.* nullâ factâ distinctione temporis tantùm ait: ὁμίχλην φυλὴν ὁλοῇσι λύκοις, caliginem esse amicam pernicioso lupis, ut & *Nazianz. l. c. Oppianus* quinque luporum genera commemorat, & secundo duntaxat hanc naturam attribuit, huncque, ait, superare reliquos magnitudine & celeritate, ac proinde esse ἅρπαγα, i. e. raptorem.

maturè sibi consulit fugâ, & repetit sylvas ante clamorem, *Franz. l. 1. Erasm. Adag. Chil. 2. cent. 7. ad 79.* quam ob rem & facilè fugare potest. Pythocharem Tibicinem fama est, inquit *Ælian. l. XI. c. 28.* concitato & vehementi tibiæ sono luporum impetum cohibuisse. *Franz. sæpius l. d. pag. 144.* refert; Lapidem, ignem & gladium vehementer fugit lupus, unde venatores solent secum portare silices, & conspecto lupo scintillas excutere, quibus visis, fugâ sibi consulit grassator. Ita quoque gladii splendorem ferre non potest. Sed *Camerar. in succes. cap. 23.* dicit, quod nec lignum, nec ferrum, sed lapidem metuat vehementer, & putrescat eâ parte, quâ lapis eum tangit, unde strepitu lapidum abigitur longissimè, sicuti latrantes canes citiùs lapidibus, quam strictis gladiis abegeris. It: non comederit boves ad præsepe, caudam ejus si suspenderis, *ex Alberto Ionst. Thaum. Cl. VII. c. 24. p. 319.*

§. 8. Ut autem penitùs tollantur, contra illos ceu pauperiem incolis facientes, venatio publica loco, die & horâ instituitur, ut retibus, canibus ac reliquis insidiis interimantur. Non autem tantam curam habent pro veteribus intercipiendis, quàm catulis, ne coalescant, interficiendis. *Olaus M. histor. sept. lib. 18. p. 422.* Ruricolæ septentrionales falces ferreas alligato cadavere ponunt in nivibus, ut lupi prædam voraturi, pedibus amputatis pœnas luant, vel sagittis impediti, illicò moriantur, vel subterraneis specubus aviditate prædæ immersi fame macerentur. *Id. ibid.* In Armenia, in domesticarum ovium & caprarum discissum latus, quatenus manus inseri queat, farinas ex piscibus (qui cum aqua ex excelso illius regionis saxo ad terram delabuntur, partim semimortui, partim adhuc palpitantes, de quibus eleganter *Ælian. l. 17. initio, c. 31.*) abdunt.

Post verò hanc escam ad eos alliciendos objiciunt, ac cum ejusmodi quippiam lupus, Pardalis, Leo, gustaverint, continuò moriuntur, testante *eodem ib. pag. 995.*

Caput VIII.

De
Lupi Antipathia cum cæteris animantibus.

§. 1.

LUpum naturali quâdam & mirâbili antipathiâ contrarium esse homini, asserit, *Franz. histor. animal. sacr. p. 1. cap. 20.* quia vox detrahatur ei, quem priùs lupus conspexerit, sed quid de hac re sit sentiendum, *supra Cap. 4.* de lupi visu differens, admonui.

§. 2. Deinde Antipathiam inter Lupum & Equum esse, varii testantur Authores, siquidem luporum vestigia quodammodò loca inficere, testis *Plin. l. 28. c. 10.* cum ait: Lupi vestigia calcata equis afferunt torporem. *AElian. l. 1. c. 36. Ionst. Th. Cl. VII. c. 24. p. 319. ex Gellio, Franz. t. 1. pag. 145.* qui pergit: Si equa lupum aut lupi vestigia calcaverit, abortire dicitur. Inde in Hieroglyphicis Horapollines aborientem mulierem significantes, equum, quæ lupum conculcet, pingunt. Imò, si vel mortui intestina condita sentiat, mox dicitur deponere generositatem, *apud Camer. lib. 1. succis. c. 23.* Et his transire prohibeatur, etiam si fuste adigantur, *Ex Alberto Mizald. memorabil. cent. 1. aph. 35.* Item, si supra tepidam Lupi urinam (quæ secundum Lunæ augmentum & decrementum augetur & decrescit) lotium reddant animantia, nunquam concipere traduntur *I. Dan. Mylius Basilic. chymic. l. 7. c. 9. p. 67.* Verùm, quia hæc nullo experimento didicimus, omissa faciemus, inquit *Majolus dierum canicul. colloq. VII. pag. 285.*

§. 3.

dùm noxius vocatur. Quare teſtantur hiſtoriæ, daß die Leute in Irrland die Wölffe zu Gevattern gewinnen/und ihnen alles gutes wünſchen/damit ſie nicht von ihnen beleidiget werden. Addo etiam hoc unicum, quod morſus illius adeò noceat, ut ea vulnera immedicabilia cenſeantur, ob dentes calidioris naturæ.

§. 2. Quam ob rem Harsdörffer *d. l. p. 7. biſt. 20. ex Ariſtotelis probl. 28.* ita ſcribit: Die Wölffs-Zähne ſind ſo hitziger Natur/ daß ſie alles Fleiſch/ welches ſie berühren/ gleichſam beſengen/ verbrennen und austrucknen/ daß in denſelben Wunden keine Haar wachſen/ wie in den Wunden/ welche andere Thier-Zähne eingeſetzet. Et *p. ag. ſeq.* Und weil dieſe Wolffs-Biß ſo vergifftet/ pflegt man auch die Schaff/ ſo dieſes Unthier beſchädigt/ nicht zueſſen. Undo etiam contra hunc morſum tanquam venenatum, commendatur ſuccus allii & oleum Myrrhæ, *Macaſ. Promptuar. med. pract. lib. poſt. ſ. 10. c. 3. p. 195.*

§. 3. Aſtutum quoque animal lupus eſt, quod variis exrationibus probari ullo absque negotio poteſt. Nam *Franz. d. l. part. 1. cap. 20.* inquit: Aſtutia & fraudulentia hujus animalis longè eſt major, quàm ſunt ulla ſua ſcelera. Animalia enim cornuta invadit à tergo, ne poſſint ſeſe defendere contra manifeſtas injurias. Præterea ventriculum ſolet replere terrâ, ut ita fiat gravior & operoſior, nec facilè excutiatur, ſed fortiùs reſiſtat. In periculis maturè ſibi conſulit fugâ, & repetit ſylvas ante clamorem, & ſecum defert ſuos fœtus. Cæterùm graſſatur noctu, & cumprimis circa tempus antelucanum, ut in prædis invalendis minùs conſpiciatur. *Sperl. d. l. l. 2. c. 16. p. 238.*

§. 4. Inſuper noctu acceſſurus ad ovile, & ad caulas, incedit contra ventum, ne ſi ſecundo vento

§. 3. Denique nihil adeò sibi invicem suapte natura odio est; atque ovi lupus, *Majolus dier. canicul. l. c. Excellentiss. Georg. Casp. Kirchmayer. Diss. Zoolog. 5. de drac. §. 10. Iob. Seyboth. in Manuale physol. phys. part. gen. cap. 9. pag. 281.* Harsdörffer gresf. Schauplatz. *part. 3. histor. 13. §. 6. Kenelm. Digbæus Illustriss. Comes demonstr. immort. animæ rat. tr. 1. c. 38. th. 4. pag. 427.* scribit: Oves in Anglia natæ, ubi nec lupi ulli sunt; nec multis retrò seculis extitere; ad lupi tamen conspectum contremiscunt, quem nec ipsæ, neque eas genuêre, aliæve longa generationis serie antecedentes unquam viderunt. Causam à vaporibus & effluviis dependere asserit *Idem ibid. p. 429.* ut & *Gassend. in op. phys. s. 1. l. 6. c. 14.* Idq; adeò verum, ut vel utriusque mortua cadavera hostilitatem servent; *Majol. l. l.*

§. 4. Nam vestis facta è lana detonsæ ovis, quam lupus laniavit, molestiam & pruritum excitat in corpore ejus, qui induit. *AElian. l. 1. c. 38. Panciroll. rer. mirabil. tit. 562. de moribus in bella usurpatis. pag. 606.* Et pediculosa fit illa ovium pellis, quam lupus mordet, *Franz. c. l. Ionst. l. d. c. 24.* Ubi addit, quod caro earum suavior sit; *Arist.* Hoc *Plutarch.* spiritui ejus adscribit: Caro (verba ejus sunt) ovis à lupo adesæ, dulcior fieri videtur, quod lupus suo morsu carnem flaccidam teneramque reddat. Est enim Spiritus lupi adeò igneus, ut ossa etiam durissima in ventriculo tabefaciat & liqueat.

§. 5. Cæterùm dicunt, quòd contectæ fides ex luporum visceribus, si permistis aliis fidibus ex ovium visceribus percutiantur, quæ ex ovibus factæ nihil resonabunt. *Albert. M. l. 12. anim. in lupo. Franz. l. d.* Item tympanum ex ovis pelle nil insonabit, insonante tympano ex lupi pelle confecto: *Ioh. Langius l. 1. Ep. 33.* Quod etiam egregio carmine expressit Alciat: inter Emblemata inscriptione:

Vel

Vel post mortem formidolosi:

Cætera mutescunt, coriumq; silebit ovillum,
Si confecta lupi tympana pelle sonent,
Hanc membrana ovium Sic exhorrescit, at hostem,
Exanimis quamvis, non ferat exanimem.
Ut cute detractâ Zischas in tympana versus
Boemus potuit vincere Pontifices.

§. 6. Hoc autem *à Doctissimo Gesnero apud Franz. l. all.* rectè conciliatur, nimirum, quod mirum non sit, lupinam naturâ duriorem & solidiorem posse edere sonum in fidibus & tympanis clariorem, & diutiùs durare, quàm teneriorem ovillam, sicut aquilæ, utpote avis siccioris, penna posita juxta anseris, tanquam avis humidioris, pennam, diutiùs durat. Nam & anserina sola reposita, tamen citiùs consumetur, quàm aquilina, & seorsim longiusque ab anserinis remotior custodita. Eodem modo cadavera sicciorum hominum tardiùs putrescunt, quàm hominum pinguium & humidissimorum. Denique, quia lupinæ pelles duriores, hinc etiam diutiùs durant, *Joh. de Mey. ad Gœdardi Metamorph. natural. pag. 153.*

§. 7. Dico igitur, inter lupum & ovem non esse Antipathiam, quia sæpius lupus ovem non odit, sed amat potiùs carnem ejus, aliâs si vera esset, lupus deberet fugere oves & ab iis abhorrere. Ovis quidem lupum odit, & non immeritò, ab illo enim dilaniatur. Ita nos certè non odimus pomum, quod ex arbore decerpimus, commordemus, comedimus, tametsi pomum, si sentiat, sit nos summè adversaturum. *Gassend. l. c.* Imò sic inter venatores & feras etiam esset Antipathia, *Id. ibid. p. 152.* Sed lupus oves appetit, quod sibi suæq; naturæ maximè judicet esse consentaneas, uti & accipiter columbam, cattus piscem &c. *Kirch. de magnete l. 3. p. 5. c. 3. pag. 634. Gassend. l. c.*

CAP.

CAPUT IX.

De Reliquis Lupi accidentibus.

§. 1.

HActenus de natura & qualitatibus lupi, nunc de Accidentibus ejus reliquis paucis erit differendum.

§. 2. Inter illa autem hoc primum esto, quòd lupus à quibusdam Ægyptiis divino honore veneratur, unde etiam prohibent herbam, quæ Lycostonos vocatur, in terras suas importari, teste *Ælian. l. 9. c. 18. Ioh. Lud. de la Cerda ad v. 331. lib. IV. AEneid. Virgil. not. 8.* Sic eodem cultu lupum Athenienses in Apollinis gratiam prosecutos fuisse, testatur *Pancirollus rerum mirab. tit. 562. de moribus in bello usurpatis pag. 588. Natal. Comes Mythologiæ l. 2. c. 7. p. 158:* Uti etiam à Delphis, *AElian. lib. 12. cap. 40.* Qui etiam *ibidem* causas addit, dum scribit: Quam ob rem hanc bestiam divini cultus honore prosequantur, non alienum est explicare. Delphis aurum sacrum furto lectum, direptumque, & in Parnasso defossum, sicut dicit Polemon investigavit lupus.

§. 3. Sic olim Marti sacratus fuit *Iustinus in Hist. Trogi Pompeij Epitom. l. 43. c. 2. f. 8.* Unde *Horat:* Lupos Martiales vocavit. *Buchner. Erudit. Scholast. Basilii Fabri,* uti etiam vocant *Hom. l. 5. Iliad. Virg. l. 9. AEneid.* Quapropter pro signo militari usurpâsse Romanos, ait *Plin. l. 10. c. 4.* Et id propterea (1.) Quod Lupæ lacte Martij pueri nutriti, ut est apud Livium. (2.) Quod in tutela Martis id animal fuerat, eique dedicatum. Etenim lupus rapax animal & vorax, suapte naturâ ablata consumens, maximeque id tempus aptum rapiendo pecori, quod milites in diripuendis urbibus solent,

observans, quod est antelucanum. Reddunt etiam aliam causam animalis hujus Ægyptii, fabulosiorem tamen, quam vide apud *Gutdon. Pancirol. rer. mir. tit. 562. de morbus in bello usurpatis.*

§. 4. Ita ex antecedenti quoque varia Prognostica de lupo observantur, cum de tempestate: Quando nimirum maturè frigidiora loca cum calidioribus commutat, tempestatis acerbitatem præsentit. *Sperl. d. l. 2, c. 16.* Unde à desertis locis ad habitata refugientes lupi, hyemis acerbitatem se horrere ostendunt. *AElian. l. 7. c. 8. Plin. l. 8. c. 22.* Tum de præliis, unde quondam, si lupus ad dextram commearet pleno ore, prosperæ & magnæ rei argumentum putabatur. Item, Lupos castra introiisse, & laceratis obviis intactos abiisse, exercitibus cladem portendisse. Idem si in foro Romano visi essent, & incolumes evasissent oppressionem urbis, aut alia designâsse pericula, animadversum est. *Peucerus de præcipuis generibus divinationum tit. de auguriis & auruspicina p. 29. 206.*

§. 5. Quare varia prodigia de lupo observârunt Romani. Nam cum lupus Romæ interdiu agitatus collinam portam intrâsset per Æsquilinam magno consectantium tumultu evasisset: Ejus prodigii, ut & aliorum causa Consules majores hostias immolârunt, & diem unum circa omnia pulvinaria supplicatio fuit. Sacrificiis ritè perfectis, provincias sortiti sunt, teste *Livio histor. Rom. l. 41. c. 9. m.* Qualia prodigia de lupo adhuc plurima legere licet, si libet, *apud eund. ib. lib. 10. c. 27. f. lib. 13. c. 29. f. lib. 32. c. 29. p.* In Gallia lupus vigili gladium è vagina raptum abstulit, *l. 21. c. 62. m.* Capulæ lupus noctu portam ingressus, vigilem laniavit, *Id. ibid. l. 27. c. 39. p.* Teutones in ominibus itinerum lupum transeuntem bonum eventum significare, leporem

ma-

malum perhibent. Hoc de joco natum scribit *Ioach. Camerar. Decur. I. probl. 9.* & addit: Nam majores nostri, ut viri fortes sic fateri quoque fuêre. Quis verò non mallet lupum transcurrere, quàm adoriri se, leporem autem consistere & capi melius esset, uti obsonia suppeteret. Posteà superstitio accessit, & joco fortuito observatio est nata divinationis, ait *Michael Piccart dec 3. observ. Historico-polit. cap. 4 pag. 148.*

CAPUT X.

De
LUPI
Usu Medico.

§. 1.

QUamvis aliàs Lupus in vita sua nobis nulli sit usui, ut in præcedentibus admonitum, post mortem tamen in Medicina nobis varium varios contra morbos præbet usum, siquidem de lupo in officinis nostris habentur dentes, rostrum, guttur, cor, hepar, intestina, caro, adeps, ossa, stomachus, stercus, pes, pellis, variaque præparata, de quibus singulis singulatim.

§. 2. Dentes argento inclusi infantulis familiares sunt, quibus gingivas scil. fricant, dentibusque erupturis patescere faciunt: *Gesnerus* Allegati pavores eorum perhibent. *Iob. Shræder. pharm. med. chym. l. 5. Cl. 1. p. 301.* Dexter caninus appendi solet cum catena argentea in dentitione infantum. *Schmiz. Comp. Practici p. 53. Macas. prompt. Med. pract. s. 2. lib. post. cap.* 30. *pag.* 302. Idem dens adhibetur in dolore dentium. *Id. ib. c.* 34. *pag.* 305. Item medetur Epilepsiæ (sicut & lingva tosta) *Gesnerus l. c.*

§. 3. Rostrum Lupi commendatur contra fascinum & veneficium, *Macas. l. c. s. 40. c. 5. pag.* 201. Guttur

autem contra anginam, *id. ibid. ſ. 14. c. 1. pag. 307.* Unde *Iob. Schenck. obſerv. medic. l. 2. de angina ſ. 241.* ait: Lupi guttur (aſperam arteriam) hoc loci commemorandum mihi viſum eſt, ob inſignem experientiam, cujus cum inſigni & docto Medicorum Adolpho Ottone, Auguſtanæ Reip. Phyſico officioſiſſimo, pauciſſimi Medici hactenus conſcii fuêre. Nam qui per hoc guttur bibit in ſynanche, i. e. angina, certiſſimâ ſalute evadit, *Iob. Agricola lib. 2. Med. Herbaria.*

§. 4. Cor Lupi aretactum & aſſervatum optimum de ſe odorem præbet. Comitialibus quoque aduſtum & tritum in potu ſumptum medetur, *Iob. Dan. Mylius Baſil. chym. l. 7. c. 7. p. 62. Schræd. all. l.* Commendatur etiam contra Epilepſiam, *Macaſ. l. c. ſ. 12, c. 22. p. 291. Geſner. l. d. Petrus Uffenbachius in ſuo herbario part. 3. c. 53. Chriſtoph. Wirſung in prax. medic. part. 1. cap. 12. pag. 167.*

§. 5. Hepar ejus refertur inter medicamenta ſtiptica ſive alvum ſiſtentia. *Macaſ. l. c. ſ. 9. p. 146.* Item hepatica, *idem ibid. ſ. 11. c. 11. p. 237.* Adhibetur autem contra cachexiam, *id. ibid. ſect. 12. c. 3. p. 262.* Contra Maraſmum, *Id. ibid. c. 4. pag. 263.* Contra phthiſin, *id. ibid. c. 2. ſ. 14. p. 308.* Contra fluxum hepaticum, *id. ibid. ſ. 15. c. 13. p. 320.* Pulvis hepatis lupi exſiccati contra colicam, *Fonſ. t. 1. conſ. 57.* Quomodo vero & hoc cum approbr: & opt. hepaticis l. c. conſerv. rad. cich. & ſantal: poſſit fieri decoctum, docet *Iob. Michael in Colleg. Med. ſuper method. præſcrib. formulas Morelli MSS. & Ioh. Paul. Pernumia lib. de curationis arte, p. m. 531.* ſcribit: Unum aliud, præter hoc ponit *Galenus*, quod indifferenter cuilibet hepatis imbecillitati, à quacunque cauſa ortæ, auxiliatur, *S. de comp. Medic. per loca.* Lupini jecoris triti 3j. cum vino aliquo dulci, non febrientibus tan-

tantùm, febrientibus verò ex aqua calida aut Cichorii succo, *Galen.* Verum est, quod *II. simpl. Fac. Med.* ait: Jecur lupinum sine numero in medicamen indidi hepaticum, quod ex evparorio conficitur, nec tamen, quod mentione dignum sit, comperi, comparans ad illud, quod sine ipso componit fortè, quoniam per se solum exhiberi debet, veluti *8. & 6. de compend. med. per loca pulv.* Jecinoris lupi exsiccati contra colicam laudat *Fonf. t. 1. conf. 57.*

§. 6. Intestina lupi referuntur inter medicamenta intestinalia. *Macas. l. c. s. 11. c. 1. p. 234.* Contra colicos dolores probat *Pashal. l. 1. c. 40.* scil. in pollinem redacta ad 3j. *Fonf. l. 2. c. 87. ad* ʒj. cum vino *Pareus*, cum vini ʒiij. exhibuit *Riverius cent. 1. obs. 59.* & statim cessavit dolor. Vid. etiam *Amat. Lusit. cent. 3. Cur. 12. Regius item Schenck. cent. 5. s. 40. Blondus Avicenna l. 3. fen. 16. tr. 4. cap. 14. Hartm. prax. chym. pag. 188. Riverius l. 10. prax. c. 1. Wierus de præstig. l. 5. c. 18. Ionston. l. c. D. D. Franck. disp. solenn. de colica, sub præsid. Prænobilis. Ioh. Alb. Sebizii hic habita Anno 1665. 23. d. Novembr. cap. 23. R. G. M. D. de Vnguento Armario apud Cæsar Longin. in trin. Mag. 20. p. 378.* Exsiccata dent cingulum *Croll. de signat. p. 66. Illustris. D. Melchior Sebiz. Spec. M. P. p. 4. s. 2. c. 11. Fonf. Schenck. d. d. locc. Cardan. art. p. p. 121. Andernac. comm. 2. dial. 5.* Eadem tosta laudat *Solen. Pasch. Ioel. Pract. l. 4. s. 2. p. 175. Diodat. l. 3. Panthet. hygiast. fol. 160.*

§. 7. Caro lupina salita pro amuleto contra suffocationem uteri commendatur *Macas. l. all. l. 15. c. 18. p. 347.* Item, beneficio unguentorum & cataplasmatum è carne & pinguedine lupi præparatorum curatur morbus, Lupus corporis Hum. *Croll. tract. de signat. pag. 66.* Pinguedo & adeps referuntur inter medicamenta he-

patica. *Macaſ. d. l. ſ. 11. c. 11. p. 237.* It. coñendantur contra Pilorum difluvium & Calvitiem. *Id. ibid. ſ. 16. c. 17. p. 373.* Contra articulorum dolores, *Id. ibid. c. 20. pag. 376.*

§. 8. Oſſa lupi commendantur contra pleuritin *Mac. l. c. ſ. 14. c. 3. p. 310.* Stomachi lupini corium geſtatum ſtomachi juvat digeſtionem. *Croll. de ſignat. rer. int. p. 67.* Stercus in colica paſſione laudatur, *Galen. X. ſimpl. Trall. & Excell. D. Melchior Sebizius, Wierus t. l. Fernel. lib. de abdit. 17. Fracaſt. l. 1. morb. cont. ag. 8. Zacut. l. 2. obſ. 24. Paſchal. Hartm. dict. loc. Croll. de ſignat. pag. 67. Deodat. & Ioel. locc. cit. Lang. l. 1. ep. 34. Fonſ. t. l. Iob. Paul. Pernumia lib. VII. de curat. arte p. 560.* præprmis album. *Iob. Dan. Mylius Baſil. chymic. l. 7. c. 7. Oribaſ. l. de cur. fol. 326.* Item oſſa in ſtercore lupi reperta, *Galen. & Oribaſ. Panth. Schenck. l. cit.* Collo adſpenſa, *Paſch. t. l.* Vide etiam *Excell. D. Franck. c. l.*

§. 9. Pes collo alligatus *à Paſchal. alleg loc.* in colica commendatur. Pellis *à Nobiliſ. Sebizio dict. loc.* in colica adhiberi mandatur. *Cardan. lib. de reb. mirabil. 10. cap. 66.* Abdomini applicata *Fr. Baconus Baro de Verulamio Vice-Comes ſancti Albani, & Angliæ quondam Cancellarius in ſylva ſylvarum ſeu hiſtoria naturali Cent. X. §. 972.* Contra incubum coñendatur pellis lupina pro tegumento capitis. *Mac. prompt. med. pract. l. poſt. ſ. 12. cap. 20. pag. 289. Ruttorff. diſput. de Incubo. cap. 11. Præſide Friderici Iena 1665.* Cingulum ex corio lupi nudo corpore geſtatum prodeſt contra abortum. *Macaſ. dict. l. ſ. 15. c. 33. pag. 332.*

§. 10. Denique etiam adjicienda ſunt præparata: Oleum fit, ſi lupus in oleo decoquatur, quod dolores podagricos mitigat. *Schræder. Pharmac. chymic. Medic. lib. 5. Cl. 1. pag. 301.* Eſſentia ſangvinis lupi efficax ad diſſolvendum ſangvinem coagulatum.

Hartm. in pract. ap. Schræd. all. l.

Ornatiſ. DNO. RESPONDENTI Salut.

QVæ cœlum & ſtellas, quæ plantas atque elementa
Et quæ cuncta ſolet ſcrutàri animalia, quæq;
Foſſilium omne genus, breviter, quæ corpora mundi
Omnia rimatur Doctrina, ea laude & honore
Dicitur à cunctis verè digniſſima doctis.
Quare, cum Φυσικὴ quorum modo mentio facta,
Corpora dèclaret, quis non efferret eandem
Laudibus in cœlũ? aut quis non injungeret illam
His, qui conantur tractare Machaonis artem,
Ægrotisq; ſuis cupiunt medicarier olim?
Hoc tibi propoſitum cùm ſit, RUBNERE, ideoq;
Vtiliter ſanè tibi conſulis, ingenioſa:
Diſcere quòd ſtudeas Phyſicorũ dogmata. Namq;
Germaniæ ars Medica & Φυσικὴ ſunt, crede ſorores.
Tritum etenim eſt dictũ, verumq; ubi deſinit iſta,
Ars ibi principium conſuevit habere medendi.
Propterea votum ſubjungo, & pectore toto
Apprecor, ut vivas annoſi Neſtoris annos,
Et fias Phyſicus celebris, Medicusque peritus,
Commiſſoſq; tibi cures feliciter ægros,
Indèq; lucreris magnum & memorabile nomen.

Melchior Sebizius, Mèd. Doct. & Profeſſ.
Com. Pal. Cæſ. Reip. Archiat. & Coll. Thom. Præp.

Ap-

APpellare lupum non est mala scæva, quod ajunt:
Omine nam fausto dicis, Amice, lupum.
Errat hic innocuo tua per meletemata gressu;
Nec, quod amat, sævus vastat ovile lupus.

Benevolentiæ ergò fecit

Balthasar Bebelius, S.Th.D.P.P.
Ord. &c. in Univers. Argent.

NUmquid in orbe ululat, nat in æquore, fulget in astris,
Perfluit & Phrygiam? Lupus est infestus ovili,
Obvia qui vivus lacerat crudeliter ora;
Exanimem docet hunc RUBNERUS ferre medelam.
Scilicet hic arcana lupi dum discutit acri
Ingenio, prodit profectò digna Lyceo.

Julius Reichelt, Math. P.P.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

EXIMIE RUBNERE.

SÆpè mihi dubiam traxit sententia mentem,
San ars nostra medicina planè posset respuere aridam Methodicorum methodum, an admittere? Tandem, me Musæ, parum abfuit, quin cum Menjotio & Prosp: Alpino eandem potius præscriberem, quàm cum Conringio & aliis proscriberem. Latior quidem est campus Artis, quam ut quispiam emetiri queat. Tu mi RUBNERE, fausto sidere artis viam ingrederis, faustius ut egrediare, comprecor. Ex ungue leo! Primitiæ hæ de LUPO Tuæ, indolem promunt. Acrius inquire in arcana Artis, & adyta perveſtiga. Multis quidem ad ardua aqua hæret, & si vel medicamentorum, vel ægrotorum causas acrius urgebis, λύκος πρὸ τῆς βοῦς σπεύδει. Orbis Archiater Medicinos Tuos ausus ratos esse jubeat!

Argentorati ipsis Eid. Jan. Vov.
cIↃ. IↃc. LXXXIIX. *Georgius Francus, D. & P.*

FINIS.